



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

18. Præcepta de iudicijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

Exodi 22. ita sancitur : *Aduena non contristabis,*  
neque offigere eum ; aduena enim & ipsi fuisisti. Et capite  
sequentis : *Peregrino molestus non eris,* ceteris enim aduena  
rem animas, quia & ipsi peregrini fuisse in terra Aegypti.  
Sensus est : Nostis quales sint Peregrinorum affectus  
etiam nam anima hic voluntatem & affectum signifi-  
cavit more Hebreos ne sitis eis molesti, fatis enim  
penarum est, quod sint peregrini, ne adda-  
tis eis alias molestias.

Deuteronomij 23. constituitur, ut Ammonites & Moabites etiam post decimam generatio-  
nem non intrent Ecclesiam Domini. Exodi vero  
17. omne cogitationis consortium cum Ama-  
lechitis prohibetur. Bellum inquit, Domini erit con-  
tra Amalek, & generationes in generationes. Deuteronomij  
etiam 23. *Nos abominaberis,* inquit, Idumaeum quia  
frater tuus est nec Aegyptum, quia aduena fuisse in terra  
tua, qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in  
Ecclesiam Domini. Ergo lex concedebat, ut ex Gen-  
tibus quidam tanquam ciues populo Iudaeorum  
adcriberentur post decimam generationem &  
ex Aegyptis, & Idumaeis, post tertiam : ex Am-  
monitis, Moabitis, Amalechitis nulli vniuersum,  
eo quod hi capitali odio semper Hebreos fue-  
runt prosecuti, & illud nunquam deposituri cre-  
deabantur.

At iudith. 14. Achior dux filiorum Ammon vi-  
dens virtutem quam fecit Deus Israel, reliquo  
gentilitatis ritu, creditis Deo, & circumcidit  
carne preputium sui, & appositus est ad popu-  
lum Israel, & omnis successio generis eius vique  
in hodiernum diem : quod factum est ob ius-  
gum eius viri virtutem, & praelata eius merita  
in Iudeis.

Quod autem Deuteronomij 23. dicitur quis  
intrare in Ecclesiam Domini, perinde est ac si di-  
ceretur, admitti ut ciuis, qui particeps esse possit  
confiliorum, iudiciorum, honorum, & publico-  
rum munorum. Vnde eodem capite dicitur : *Non*  
*intrabit Eunuchus atrius,* vel amputatus testiculis Eccle-  
siam Domini. (ibidem) : *Nos ingrediens maner (hoc est,*  
*de scorpo natus)* in Ecclesiam Domini, *vique ad*  
*mengenerationem,* Hinc est quod Esaias consolatur  
aduenas, & Eunuchos, dicens : *No dicit filius aduenas*  
qui adheret Domino : Separatione diuidet me Dominus.  
populus suo. Et non dicas Eunuchus, Ecce ego legitimus aridum  
terram. Et dicit Dominus Eunucha : *Qui custodierint sabbata*  
*meos, & elegerint, quia ego volui,* & inuenient fudus meo.  
Dabo eis in domo mea, & in mosis mea loca, & nomes  
melius filii, & filie, nomen sempiternum dabo eis,  
quod non perirebit. Et filios aduenas qui adhererent Domino, ut  
volant eum, & diligenter nomen eius.

## Cap. XVIII.

## P R A E C E P T A

De iudicij.

**A** pud Hebreos, sicut & apud quamlibet a-  
liam Rempublicam benè institutam, erat  
publica iudicia, quibus & fontes con-  
demnabantur, & absolvabantur infantes. Porro  
condemnatione iudicij appellatione signifi-  
catur ; & Absolutorio, iustitia nomine. Cum haec  
duo simul ponuntur, iudicium ; & iustitia, iudicij

etiam fit mentio conciliorum, quae erant in Re-  
publica Iudeorum, ut & in ceteris Rebus publi-  
cis. Minc illud Davidis, Confitebor tibi Domine in toto  
corde meo in concilio iustorum, & congregatio-  
nis ; & illud eiusdem, Exalitem eum in Ecclesia plebis, & in cathedra  
seniorum laudent eum. Id etiam, Ideo non resurgent im-  
pij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum.

Ius populo dicere ac reddere iudices sole-  
bant in portis cinctis, quia in ea loca conue-  
niebant, non solum ciues, & incolae, sed etiam  
exteri, & aduenas, Deuteronomij 25. Si voluerit,  
inquit, lex, accipere uxorem fratris sui, que ei, lege debe-  
tur, perget mulier ad portam cinctatis, & interrogabit ma-  
iores natu. Item, Iofu. 18. & Ruth. 4. Respondit populus  
qui erat in porta, & seniores. Salomon quoque : Non  
conversa eguan in porta. idem rursus ; Nobilis in portis  
vir eius, quando federit cum Senatoribus terre. David  
item : Non confundetur cum loquetur inimicus suis in porta,  
quasi dicat, cum causam suam ager coram iudice  
contra aduerarios. Hinc per metaphoram por-  
ta sumitur pro tribunalis potestate, iurisdictio-  
ne. unde Christus, & portæ inferi non praeuale-  
bunt aduersus eam, Ecclesiam scilicet meam : ac  
si dicaret. Tota Dæmonum iurisdictio, & pot-  
estas, & regnum.

Porro iudicij præerant iudices, Magistratus,  
seniores ; quorum conuentus dicitur Senatus. Numerorum II. Moysi dixit Deus. Congrega mihi septuaginta  
virov de senioribus Israël, quos tu nosci. Delecti à  
Moysi sunt sex ex singulis tribubus ; ac proinde  
septuaginta duo, quamvis in sacris litteris sape  
dicuntur septuaginta minuto numero relicto. Deuteronomij 5. dixit Moyses : Accessisti ad me  
omnes Principes tribuum, & maiores natu. Iofu. 23. dici-  
tur : *Vocauit Ioseph omnem Israelem, maioresque natu, &*  
*Principes, & duces,* seu ut aliqui legunt, *iudices &*  
*Magistratus.* Probabile est fuisse septuaginta  
duos Senatores, & deinde alios duodecim Princi-  
pes qui erant duodecim tribuum capita, & ci-  
uitates singulas suos etiam proprios Senatores  
habuisse, & alios itidem qui erant singularum  
in quaque tribu familiarum capita. Iudicum 11.  
Perverserant maiores natu de Galad, Et capite octauo  
eiudem libri : interrogavit eum nomine princi-  
pium, & seniorum Sathan. Ruth. 4 Tollens booz de-  
cem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos : Cum  
item Moyses ex toto populo delegisset septuaginta  
duos Senatores ; narratur Exodii 18. Ex eis  
electis constituisse principes populi, Tribunos,  
& Centuriones, quinquagenarios, & decanos.  
Tribuni, erant quasi Praefecti milie hominum.  
Centuriones, centum ciuibus præerant : Quin-  
quaenarij, quinquaginta; Decani, decem. Item  
Deuteronomij 1. Constituit, inquit, Moyses, eos princi-  
pes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & deca-  
nos. Horum vero munus, & officium erat consi-  
lijs præesse, & iudicij, ac proinde populum isti,  
& Senatum conuocabant. Erant etiam Scribæ,  
id est, Iurisperiti, qui legē populo interpretab-  
tur. Alij vero Scribæ erant, qui scribendo, opera  
sua Magistratibus, Senatu, & populo praestabat.  
Erant enim Regum, Principum, Magistratum, vel  
Iudicium Scribæ, qui tanquam ministri re-  
ferrent, & scriptio mandaret : quose tribu Le-  
uitica fuisse, ostendit primus liber Paralipome-  
no cap. secundo, ubi monitores, & Scribæ ex tribu

Leui

Leui nominantur: item Tribuni, Centuriones, & Scribæ nominantur.

Divina itaque præcepta Magistratibus, Principibus, Senatoribus, Iudicibus data sunt. Primum, Exod. 23. Non suscipies vocem mendacij. (hoc est, Non admittes rumorem, testimonium falsum) nec iunges manū tuam: ut pro impiis dicas falsum testimonium. Senius est: Non adiuuabis causam improbi fallo testimonio, nec munus accipies, qui iudicium pertinetas. Ibidem: Non sequeris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio plurimorum acquejescens sententia, ut à vero deus, vult dicere, Non sequeris multitudinem ad malefaciendum: & in lite, iudicio si plures innocentem condemnauerint, ne eorum sententiam sequaris, sed paucorum, qui innocentem absoluere conantur, ne à vero deflectas.

Deinde, Ne accipias munera, quæ etiam excecat prudentes, & subvertunt verba iustorum. Item, ut caulas tam actoris, quam rei excludant, & examinent, antequam sententiam ferant, semper omni personam respectu, ne quid benevolentia, gratia, vel fauor, ne quid item odium officiat. Item, Ne in iudicio, etiam pauperis misericordia mouantur: ne scilicet habeant rationem & respectum personæ, etiam pauperis, & licet multo fauore Deus ubique pauperes prosequatur, non vult tamen ratione, & caula pauperis, iudicium corrumpi, ergo multe minus causa diuitium, & potentiam: mendacium fugies, hoc est, falsam sententiam nō feres. Alloquitur enim ibi Iudicem Deus. In sancto & iustum non occides, quia auctor impium. Senius est, Innocentem, & absoluendum suffragis, & sententia aliorum non condemnabis: non enim finam in ultum iudicem, qui innocentem morte damnabit.

Præterea, de testibus audiendis, lex prescribit hæc. In ore duorum, aut trium testimoniis peribit qui interficietur. Nemo occidatur uno contra se dicens testimonium, vult dicere: Testimonio duorum, aut trium interficiatur, qui reus est mortis: unius tantum testimonio nemo capit poena multetur.

Deuteronomij 17. Non sicut testimonium contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit; sed in ore duorum aut trium testimoniis sicut omne verbum. Significat, testimonium non est recipiendum, qualecumque tandem illud fuerit scelus hominis, qui accusatur: sed testimonio duorum vel trium testimoniis stabilis erit, & firma accusatio, & actio, & causa. Et additur lex de falso testibus iudicio severissimo vindicantis: nimurum, ut fallitus testimonium talionis sustineat. Animam pro anima, hoc est, vitam homicidae, pro vita adempsita: ac si dicat; tali poena punetur, qualis poena affectus fuisset, in quem dixit fallitum testimonium, si coniunctus fuisset. Reddet oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede; ut ceteri pertimescant, & à falso testimonio ferendo deterreantur.

Apud Ioannem cap. 7. indicat Nicodemus legem præcipere, ut nemo iudicetur, nisi prius eius audira caula, & cognito eo, quod fecerit. Deuteronomij 25. lex fertur de sententiâ fierenda, his verbis: si fuerit caula inter aliquos, & interpellaverit iudicem, quem iustum esse perfixerit, illi iusti & palmarum dabuntur; quem impium concenabuntur insipientes. In autem qui peccauit, dignum videbunt plagiæ; proficerent

& coram se facient verberari. Pro mensura peccati, & plagarum modio, ita dimicata est, ut quadrigenaria mensura non excedat: ne fidele laterans ante scutum abeat frater tuus. hoc est, ne pluribus plagiis percussus, coram te moriatur frater tuus tanquam vilie & abiectum animal.

## Cap. XIX.

### P R A E C E P T A

*De diversis pœnis in improbos constitutis.*

D Euteronomij 25. statuit, ut sit poena gravata delicti: Porro in lege illa vetere multa erant pœnarium genera fontibus interrogata: prima pœna mortis: erat autem quadruplex necis genus. Aut enim fontes patibulo siue cruci affigebantur, aut lapidibus obrebantur, aut igni exurebantur, aut iugulabantur.

Leuiti 21. Sacerdos sua si deprefuerit facta in stupro, & violaneri non in patri, flammam exiretur.

Leuit. 20. Qui supra uxorem filium, duxerit marum eius, scelus operatus est, viuis trahit cum eo, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Genesis 38. Iudis iussit nurum suum comburi, eo quod cognovit virum filium, & postea patrem.

Leuit. 24. maledicus in Deum sive cuius, sive peregrinus, lapidibus obruitur. Deuteronomij 17. qui Diuinum cultum, & honorem Sol. Lunæ, vel Stellaris, vel alicui rei cuiusvis crebat, etiam pœnam persoluit. Deuteronomij 11. vox à viro coniuncta violata ante matrimonium virginis, & ob id odio habita lapidibus obruitur. Puella itidem alicui despontia, & ab altero in ciuitate corrupta, viua cum eo lapidatur puella quidem, quis clamore non se defendit cum posset, in ciuitate existens; violator vero, eo quod cum in ciuitate virginem alterius sponsam stuprasset, infamiam, & ignominiam magnam inferret, & per audaciam crimen admitteret, ut in agro violata ab aliquo, nec pœnam non sustinet, sed violator capite mulctatur, quoniam in agro cum sola puella esset, clamare non potuit, & stuprator virginis occasione sibi obiata incratus in agro, nec tantam infamiam fecerat, nec tam graueriter deliquerat. Adultera deprehensa in adulterio, lapidibus opprimitur, & colligitur Deuteronomij 22. & confitit Ioann. 8. & Num. 15. qui ligna in die Sabbathi collegerat, idem mortis genus sustinuit. Tertius quoque Regum capite 21. maledictum Deum, & Regem eadem pœna punitur Leuiticorum 20. virus mulier, in quibus Phitonice sive diuinizationis fuerit spiritus, eidem lapidations subiaceat pœna. Qui item Idola coluerit: Qui filios suis Dij Gentium immolauerit, vel Magos, aut ariolos consuluerit Leuiticorum 20. Lapidibus subiaceat. Ibidem habetur: qui deropuerit etiam coniunctionem, vel cum uiru sua, vel cum matre consimilata, vel cum feminâ mensura patiente vel cum angulo, vel cum materterâ, vel cum foro filia patris sui, vel filia maris sua, vel cum inimico, morte conuenienter adiaceat, una cum quo resu nostrarum habent.

Fons